UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

3. De libelli oblatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95263

Visual Library

nium,eſt aduertendum tempus illud, nec aliud quodcunque expectandum eſſe vbi quis declarauit ſe velle in aliquo loco habitare. Abb. *in c.fin.in fine, verſ.& per hoc dico, de paroch.* Socin.iun. *in præſenti, n.25.* Surd. *conſ.346.n.4.* Menoch. *de arbitr.lib.2. caſu 86. n.2.* Gail. *lib.2.obſeru.35.n.7.verſ.licèt autem*, Rot. *deciſ.150.n.7. p.2.diuerſ.& deciſ.188. n.3.p.2. recent. & in Ariminen. gabellæ* 10. *Decembris* 1625. coram R.P.D.Merlino.

8 *Siue rei.*] Notatur ad hoc quòd ratione rei ſortitur quis forum, vbi res ſita eſt, dixi *ad cap.ſanè 3. ſupra hoc tit.*

9 *Omnium Eccleſiarum mater eſt,* &c.] Notatur ad hoc quòd Romana Eccleſia omnium aliarum mater eſt, & magiſtra, dixi *ad c.1.de ſum.Trinit.n.6.*

10 *Vt ibi ſua aduerſariis reſponderet.*] Vide Azeued. *l.1. n.21.& 22.tit.16.lib.8. noua recop.* vbi conſiderat ideo Epiſcopum, de quo *in præſenti*, potuiſſe conueniri Romæ pro delicto alibi commiſſo, quia ibidem concurrebat partis accuſatio contra illum Epiſcopum voluntariè Romam accedentem, iudice delicti remiſſionem minimè petente.

11 *Tunc.*] Vide quæ D.Barboſ. *in l.2.§.legatis, n.70.cum ſeqq.ff.de iudic.*

12 In gloſſ. *Seu contractus*, ibi, *hoc nomen contractus largiſſimè ſumitur, ſiue ſit contractus, vel quaſi contractus.* Vide Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, & vxor.* §.68.*num.*8.& 9. Tiraq. *de iure mariti, gloſſ 5. n.121. & 127.*

13 In gloſſ. *Aut domicilij*, ibi, *& poteſt quis habere domicilium in pluribus locis.* Vide Sebaſt. Næui. *ad l. Labeo 5.ff.ad municip.* Farin. *fragm.crim. p.1.verbo, domicilium n.222.* Domicilium enim ſtatim contraxiſſe cenſetur, qui declarat ſe velle in aliquo loco habitare, nec eſt expectandum aliud tempus. Gail. *lib.2. obſeru. 35.n.7.verſ.licet autem.* Menoch. *de arbitr. caſu 86.n.2.* Rot. *deciſ.150 n.7 p.2.diuerſ.& deciſ.188.n.3.p.2.recent.* & fuit dictum *Toletana matrimon.* 10. *Decembris* 1625. coram R. P. D. Merlino, *& in Ariminen. Gabellæ* 10. *Decembris* 1625. *coram eodem.* In dubio autem ex decénali habitatione præſumitur animus perpetuò habitandi abſque alia declaratione. Roland. *conſ.69.n.51. & 53.lib.3.* Surd. *conſ.371.n.47.* Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ.c.824. n.39.* Rot.apud Marcheſ. *de commiſ. p.2.pag.228.ſub n.1.*

14 In addit.huius gloſ. ibi, *vt Sacerdos domicilium habet in loco beneficij.* Dixi *in tract.de offic.& poteſt.Epiſc. p.2.alleg.3.n.53.*

15 In gloſſ. *Contra*, ibi, *etiamſi res ſit nobilis.* Notatur ad hoc quòd ſortitur quis forum coram illo iudice in cuius iuriſdictione res etiam nobilis ſita eſt, vide Tiraquel. *de retractu lig.§.8. gloſſ.5.n.9.& de iure primog. q.48.num.vlt.*

16 In gloſſ. *Compelli, vlt.* Vide quæ D.Barboſ. *in l.2.§. legatis, n 11.ff.de iudic.*

17 In ead.gloſſ. ibi, *Roma communis patria eſt omnium.* Vide Alciat. *lib 2. diſpunct.c.21.* Quintil. Mandoſ. *in reg.20.Cancel.q.10.n.2.* Iaſ. *in l.qui Roma, in princ ff. de verb.oblig.* Rot. *in Collen hæreditatis 26.Iun.*1624.coram bon. mem. Buratto inter eius impreſſas *deciſ.* 813. Et ideo in ea tanquam in communi omnium patria ſunt ferè omnes nationes de mundo, vt dicit Burg.de Pace *in repet.cap. cognoſcentes. n 210. ſup. de conſtit.* & Ioan. Quintinus (licèt cum aliqua nota Curiæ) *in repet.cap. de multa, n.110.de præbend.* quos refert Dionyſ. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium ſedium erectione, c.16. n.26.& 27.*

De Libelli oblatione.

Tit. III.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarell. Bellam.Ioan. Andr. Imol. Anania, Mar. Socin.Panorm.Felin. Dec.Barbat.Aretin. Ioan.Monach.Cujac. Guillelm. Durand. *in breuiar.aureo iur.Can. fol.49.verſo*, Petr. de Rauenna *in compend.iur.Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret.fol.52.* Dan. Venator *in analyſi method. iuris Pontif.à pag.173.* Goffred. & Hoſt. *in ſumm. huius tit.* Caſſan.& Anaſt.Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. *in inſtit. Canon.* Caniſ. *in ſumm. iur. Canon.* Barthol. Carthag. *in expoſit.tit.iur.Canon.* Zipæ. *in analytica poſtremi iuris Eccleſ. enarrat. pag.124.* Caſarel. *in erotem.iur.Canon.* nouiſſimè Ioan. Honor. *lib.2. ſum.in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

De materia huius tit. agunt Guillelm. Durand. *in ſpeculo iuris, l.2. ſub h[oc] tit.* & apud Caſtellanos *l. 40. tit.2.p.3.* Marant. *de ordine iudic. p.6. tit.de libelli oblat.* Kirchou. *tom.1. comm. opin. lib.1.tit.1 à n.63. pag.282.* Matienſ. *de dialogo relatoris, p.3.c.43.n.1.* Rebuff. *de except.n.335.cum ſeqq.* Azeued. *in rubr.tit.2. lib.8. noua recop.* Soar.de Pace *p.1.tom.1.temp.4.* Cur. Philip. *p.1. §.11.* Brunor.à Sole *in loci com.verbo, libellus*, Cardoſ. *in praxi iudicum, & aduoc.eod. verbo*, Cotta *in memorab. eod.verb.* Ludou. Miranda *de ordine iudic. q.19.* Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, c.5.de libello actoris*, Camil. Borrel. *in ſumm.omnium deciſ.tit.49.de libello*, Bernard.Græuæ. *ad pract.Cameræ Imper.l.1.concl.61.cum ſeqq.& concl.66. de libelli ineptitudine.*

SVMMARIVM.

1 *Actor tenetur in ſcriptis libellum porrigere.*
2 *Libellus in ſcriptis offerendus eſt.*
3 *Epiſcopi in Concilio prouinciali ſunt coniudices.*
4 *Libellus quid ſit definitur.*
5 *Libellus quæ continere debeat, remiſſiuè.*

Cap. Ignarus II.

IVdex non debet admittere actorem ad litigandum 1
niſi offerat libellum in ſcriptis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr.Imol.Anan.Panorm. Anch. Hoſt.Felin. Aretin. Henric.Mar.Socin.Melch.Kling,Cujac. Viu. *in ration. ſecundi libri iur.Pontif. pag.42.* Alagona *in compend.iur. Canon. pag.215.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Ant.Aug. *collect.1.Decret. lib 2.tit.5.c.1.* deſumitur ex Conc.apud S.Medardum, quod eſt Monaſterium in vrbe Sueſſionenſi, vbi id Concilium habitum fuit tempore Carol. Lud. Imper. filij anno Chriſtianæ ſalutis 853. *ex tertio vel Concil.* apud Burchar. *lib.2. Decret. c.192.* additur *c.9.* ſed Iuo *p.6.c.269.* ait reperiri *in veteri libro c.8.*

Libellum conſcribentes.] Ergo in ſcriptis libellus of- 2
ferendus, vt conſtitutum eſt apud Luſitanos per Ordin.Regiam *lib.3.tit.20. §.5.* Et apud Caſtellanos *l.1. tit.2.lib.4. noua recop.* Matienſ. *in dialogo relatoris, p.3. cap.43.n.1.* Perez *l.11.gloſſ.1.verbo, la demanda no fue dada en eſcripto, tit.1. l.3. Ordin.* Cardoſ. *in praxi iudicum, & aduocat.verbo, libellus, n.6.* Kirchou. *tom. 1.*

communium opinionum, *lib. 1. tit. 1. num.63. pag.* 282. Soar. de Pace *in practica*, *p.1. tom 1. temp. 4. numer.4.* Cur. Philip. *p. 1. §.11. num.3.* Math. Coler. *Germaniæ deciſ.* 111. *num.5.* Amat. Roder. *in pract. de modo*, *& forma videndi*, *ſeu examinandi proceſſum*, *cap. 5. n.4.* Camill. Borrell. *in ſumma omnium deciſ. tit.49. de libello*, *num.33.*

3 *Ignarus Epiſcopus dixit.*] Ergo in Concilio Prouinciali Epiſcopi ſunt coniudices, vt per Stephan. Quarantam *in ſumma Bullarij*, *verbo*, *Concilium Prouinciale*, *verſ.14. pag. mihi* 179.

4 In gloſſ. *Libellum*, ibi, *eſt ergo libellus ſcriptura in qua continetur res*, *quæ petitur*, *& cauſa petendi*, *nomen actoris*, *& rei*, *& coram quo iudice.* Vide Soar. de Pace *d. temp. 4. num. 2.* Surd. *de aliment. tit. 3. q.9. num.2.*

5 In ead. gloſſ. in addit. ibi, *quæ debeant in libello comprehendi.* Vide Soar. de Pace *d. temp.4 n.8. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Rei vendicatione quando agitur*, *ſemper deſignanda eſt res*, *quæ petitur certo loco*, *& etiam finibus certis.*
2 *Libellus generalis*, *& incertus vti inualidus non eſt admittendus.*
3 *Citatio generalis non valet.*
4 *Libellus generalis in petitione fructuum*, *vſurarum*, *damnorum*, *expenſarum*, *& intereſſe valet.*
5 *Libellus incertus in ciuilibus parte non opponente valet.*
6 *Libellus incertus in petitione hæreditatis valet*, *vel quando incertitudo cauſatur ex parte rei. n.7.*
8 *Libellus alternatiuus non valet.*
9 *Libellus alternatiuus validus eſt*, *quando tractatur de reſciſſione contractus in materia l.2.C. de reſcinden. vend. & in actione hypothecaria*, *n.10. & in minore*, *n.11.*

Cap. Significantibus. II.

Innoc. III.

1 QVando agitur rei vendicatione, non ſufficit generaliter repetere, ſed in libello res quæ petitur ſpecificanda eſt cum ſuis circunſtantiis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anch. Panorm. Henric. Barbat. Mantua, & Mar. Soc. Felin. Aret. Ioan. Monach. Alex. de Neuo, Melch. Kling, Cujac. Viu. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.43.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.216.* remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

2 Probat hic text. libellum generalem, & incertum vt inualidum, non eſſe admittendum, vt per Hyppol. *ſing.348.* Perez *l.1. tit.4. lib.3. Ordin. pag.535.* Soar. de Pace *in pract. p.1. tom.1. temp.4. n.16.* Cardoſo *in praxi iudicum*, *& Aduocatorum verbo libellus*, *à n.19.* Rebuff. *in tract. de reprobatione teſtium*, *n.3.* Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ.49 de libello*, *n.65.*

3 Ita etiam citatio generalis non valet, Tiraq. *de retractu lig. §. 8. num.5. & 6.*

4 Limita primò hanc textus concluſionem in petitione fructuum, vſurarum, damnorum, expenſarum, & intereſſe, in qua libellus incertus validus eſt, vt per Iafred. Lanfranc. *deciſ.24. incip. libellus*, Ioan. Cop. *de fructibus*, *lib 4. tit. 3. c.1.* quos refert, & ſequitur Camil. Borrel. *d. tit.49. n.75.*

Secundò limita in ciuilibus parte non opponente, 5
vt per Iofred. Lanfranc. *deciſ.294. incip. libellus incertus*, Brunor. à Sole *in locis comm. verbo*, *libellus*, 3. Gerard. *ſing.4.* Soar. de Pace *d. temp.4. n.21.* Vant. *de nullitat. tit. ex defectu proceſſus*, *n.26.* Marc. Anton. de Amatis *Marchiæ deciſ.98. num.21.* Camil. Borrel. *d. tit.49. num.67.*

Tertiò limita in petitione hæreditatis, vt per Ia- 6
fred. Lanfranc. *deciſ.186. incip. in iudiciis*, Cacheran. *Pedem. deciſ.74. n.15. &* 18. Ioan. Barber. *in viatorio iuris*, *p.3. tit. de iudic. n.157.* Camil. Borrel. *d. tit 49. n.72.* vbi *n.73.* declarat procedere, dum tamen res generaliter & vniuerſaliter in libello deductæ in executionis tempore exprimantur, & liquidentur.

Quartò limita quando libelli incertitudo cauſatur 7
ex parte rei, gloſ. & Bart. *in l.1. §. quia autem*, *ff. quorum legat.* Franc. Marc. *deciſ.558. n.6. & deciſ.710. n.4. vol 1.* Nicol. Reuſner. *Senenſi deciſ. 18. n.23. lib 1.* Camill. Borrel. *d. tit.49. n.59.*

Probat etiam text. libellum alternatiuum, quia 8
incertum, minimè valere, in idem eſt text. *in l. prætor edixit*, *§. quod autem*, *ff. de iniur. l. vbi autem*, *§ qui illud*, *aut illud*, *ff. de verbor. obligat* Franc. Marc. *deciſ 807. n.4. vol 1* Gail. *lib.1. obſeru 62. n.* . Mynſing. *cent.4. obſeru.11.* Camil. Borrel. *d. tit.49. n 78.*

Limita primò quando tractatur de reſciſſione 9
contractus in materia *l.2.C. de reſcind. vend.* quia tunc alternatiuus libellus admittitur, Pinel. *in ead. l.2.C. de reſcind. vend. p.3. cap.3. n.8.* Camil. Borrel. *d. tit.49. num.84.*

Secundò limita in actione hypothecaria, puta pe- 10
to Titium condemnari ad traditionem rei hypothecatæ, vel ad ſoluendum debitum, *in l. ſi fundus*, *§. in vendit. ff. de pignor l. fin. C. ſi vnus ex plurib. hæred.* Lud. Mayn. *in tract. actionum in artem redact. lib.2. c.12.* poſt alios Camil. Borrel. *d. tit. 49. n.83.*

Tertiò limita in minore qui poteſt libellum alter- 11
natiuum facere, veluti dicere contractum nullum, aut ſi validus ſit, illum reſcindi, ſéque in integrum reſtitui, *cap. conſtitutus*, vbi Doct. *ſup. de in integr. reſt.* Camil. Borrel. *d. tit.49. n.82.*

In gloſſ. *Significantibus*, ibi, *ſed ſufficit dicere*, *peto talem hæreditatem.* Vide Cou. *pract. cap.12. num.3. col.3.* Perez *l.1. gloſſ. 3. pag. 536. col. 1. ante fin. tit. 4. lib. 3. Ordin.*

In ead. gloſſ. ibi, *In generalibus vero iudiciis*, &c. Vide Perez *l.11. gloſſ.6. pag.483. ante fin. tit.1. lib.3. Ordin.* Et differentiam inter vniuerſalia, & generalia iudicia, vide apud Iaſon. *in rubr. ff. ſoluto matrimon. num.29.*

In ead. gloſſ. ibi, *Item nota quod libellus poteſt mutari*, *& emendari*, *& corrigi ſicut placet vſque ad litis conteſtationem.* In idem eſt *l. edita*, *C. de edendo*, vide Socin. *reg 89. fallent.1.* Tiraquel. *de retractu*, *tit.2. §.1. gloſſ.5 num.3.* Rebuff. *ad l.8. verſ. decimo*, *ff. de verbor. ſignif.* Donel. *commentar. iuris Ciuilis*, *lib. 23. cap. 5.* Reuſner. *deciſ. 18. num. 26. lib.3.* Maſcard. *de probat. concl. 347. num. 18.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 118. num. 52. & 58.* Muſcatel. *in ſua praxi aurea Ciuili Neapol. p.1. gloſſ. petitur*, *n.50.* Camill. Borrell. *d. tit. à n.95.* D. Barboſa *in l. non poteſt videri*, *n.28. ff. de iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Reus non tenetur reſpondere libello in actione perſonali*, *ſi non exprimitur cauſa petendi.*
2 *Actione perſonali agens ſemper tenetur cauſam exprimere in libello*, *ex qua competat ſibi*, *quod petit.*

3 *Cauſa*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

3 *Cauſa ex qua competat actio citatione eſt exprimenda.*
4 *Decreti irritantis effectus qualis remiſſiuè.*

Cap. Dilecti. III. & fin.

Gregor. IX.

1 REus non tenetur reſpondere in actione perſona-
li, ſi in libello non apponitur cauſa. Colligunt
ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Collect. Bellam.
Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Felin. Anchar. Bald.
Hoſt. Mar. Socin. Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in ra-
tion. 2. libri iuris Pontif. pag.* 44. Alagona *in compendio
iur. Can. pag.* 216. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.
2 Collige ex text. quòd qui agit perſonali actione,
ſemper tenetur cauſam exprimere in libello ex qua
competat ſibi quod petit, Azeued. *in l.* 4 *n.* 1. *cum ſeq.*
per text. *ibi, tit.* 2 *lib.* 4. *nouæ recop.* Perez *l.* 1. *gloſſ.* 3 *pag.*
3 535. *col* 2. *verſ.* 2 *regula, tit.* 4. *lib.* 3. *Ordin.* Sic etiam in
citatione cauſa ex qua competat actio eſt exprimen-
da, vide Vant. *de nullit. tit. ex defectu citat. n.* 5. Ludou.
Schrad. *de feudis, p.* 9. *c.* 7. *ſub n.* 35. Veral. *Rom. deciſ.*
116. *n.* 6. *p.* 1. Franc. Viu. *Neapol. deciſ.* 274. 8 Maranta
de ordine iudic. p. 6. *de citat memb.* 1. *n* 69. Nic. Reuſner.
deciſ. 22 *n* 29. *lib.* 2 Mench. *vſufreq. lib.* 2. *c.* 24. *à n.* 10.
Cardoſo *in praxi iudicum, verbo, citatio, n.* 14. Azeued.
l. 3. *n.* 41. *tit.* 3. *lib.* 4 *nouæ recop.* Camil. Borrel. *in ſumma
omnium deciſ tit.* 44 *n.* 28.
4 *Reuocato in irritum.*] De hoc decreto irritante vide
Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 67 *à n.* 2. per me citatos
in remiſſ. *de diction. & clauſ. clauſ.* 112. *& in tr. de clauſ.
vſufreq. clauſ.* 40. ſecundùm Lugdunen. impreſſ.

De Mutuis petitionibus.

Tit. IV.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Felin. Barbat. Ioan. Monach. Mar. Socin. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.* 50. *verſo*, Ioan. de Londris *in breuiario ſanctorum Canon. fol.* 165. Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Martin. Meſnart. *in epitome Decret. fol.* 52. *verſo*, Dan. Venator *in analyſi method. iuris Pontif à pag* 178. Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumm. huius tit.* Alex. Caſſan. & Anaſtaſ. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. *in inſtit. Can.* Caniſ. *in ſumm. iur. Can.* Cafarel. *in erotem. eiuſdem iur.* Barth. Carthag. *in expoſit. tit. iuris Can.* nouiſſimè Ioan. Honor. *lib.* 2. *ſum in Decret.* omnes *ſub hoc tit.*

De materia huius tit. vide Ordin. Regiam Luſit. *lib.* 3. *tit.* 33. vbi parens meus, Guillelm. Durand. *in ſpeculo iur. lib.* 2. *ſub tit. de reconuentione*, Galganet. *de iure publico, lib.* 2. *tit.* 26. Azeued. *in rubr. & l.* 1 *à n.* 59. *tit.* 5. *lib.* 4 *nouæ recopil.* Marant. *de ordine iudic. p.* 4. *diſt.* 6. Cardoſo *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo, reconuentio*, Bernard. Muſcatel. *in praxi aurea Ciuili Neapol. p.* 3. *gloſſ. actorem*, D. Barboſ. *in l. qui prior, n.* 7. *cum ſeq. ff. de iudic.* Alex. Trentacinq. *var. lib.* 2. *tit. de mutuis penit.* Rendina *in prompt recept ſent. tom.* 1. *tit.* 92. *de reconuentione.* Theoph. Gisbert. *in tr. de reconuent.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex etiam delegatus compellit actorem ad reſpondendum reo in cauſa reconuentionis, & vtramque cauſam ordine ſucceſſiuo ſimul audiet, & vna ſententia terminabit.*
2 *Reconuentio fit coram iudice conuentionis.*
3 *Reconuenire non poteſt reus actorem coram alio diuerſo iudice, niſi pars non opponat, quia tunc valebit proceſſus.*
4 *Conuentionis iudex etiamſi ſit incompetens, coram eo poteſt quis reconueniri.*
5 *Reconuentio habet locum coram iudice delegato.*
6 *Reconuenire autem litem conteſtatam, vel incontinenti poſt paria ſunt.*
7 *Reconuentio in criminalibus locum non habet.*
8 *Reconuentio non admittitur in cauſa ſpoliationis, nec in actione de dote, nec in cauſa appellationis.*
9 *Conuentio, & reconuentio pari paſſu ambulant, & eadem ſententia terminari debent.*
10 *Reconuentionis locus eſt etiamſi actor à conuentione deſiſteret.*
11 *Clericus agens coram laico reconuentione obſtringitur vſque ad finem, etiamſi poſtea à conuentione velit deſiſtere.*
12 *Reconueniens non poteſt iterum à conueniente reconueniri.*
13 *Reconuentio poteſt fieri in quacunque parte iudicij.*
14 *Dictionis,* incontinenti, *vis, & effectus, remiſſiuè.*
15 *Clericus conueniens laicum coram iudice ſæculari in quibus caſibus non poſſit coram eo reconueniri, oſtenditur.*

Cap. Ex literis. I. *Alex. III.*

IVdex delegatus in cauſa reconuentionis compel- 1
lere debet actorem reſpondere reo, & auditis hinc
inde rationibus partes concordet, vel ſententiet
cum iuſtitia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar.
Collect. Bellam. Ioan. Andr. Butr. Innoc. Anan. Imol.
Panorm. Anch. Henric. Hoſt. Felin. Barbat. Aret. Mar.
Socin. Mantua, Melch. Kling, Ioan. Monach. Cujac.
Viu. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag* 45. Alagona
in compend. iuris Canon. pag. 216. remiſſiuè Ximen. *in
concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret.
lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 2. & eſt poſt Concil. Lateranenſ. ſub
Alex. III. *p.* 11, *c.* 1.
Coram vobis.] Notatur ad hoc quòd conuentio fit 2
coram iudice conuentionis, Ordin. Regia Luſit. *lib.* 3.
tit. 33. §. 2. Marant. *de ordin. iudic. p.* 4. *diſt* 6. *n.* 3. Bern.
Muſcatel. *in praxi aurea Ciuili Neap. p.* 3. *gloſſ. actorem,
n.* 4. Cardoſo *in praxi iudicum, verbo reconuentio, n.* 5.
D. Barboſ. *in l. qui prior, n.* 10. *cum ſeqq. ff. de iudic.* nam 3
reus actorem coram alio diuerſo iudice reconuenire
non poteſt, Ord. Regia Luſit. *d. tit.* 33 §. 2. D. Barboſ.
d. l qui prior, n. 19. niſi pars non opponat, quia tunc
valebit proceſſus, vt per Card. Pereira *de reſol. emphyt.
c.* 17. *n.* 10 *verſ. infero decimoquinto.*
Amplia principalem textus concluſionem etiamſi 4
iudex conuentionis ſit incompetens, veluti laicus ra-
tione clerici, vide Greg. *l.* 57. *tit.* 6. *part.* 1. per text.
ibi, Afflict. *deciſ.* 173. *à num.* 1. Couar. *practic. cap.* 31.
Duen. *reg.* 202 Marant. *d. diſt.* 6, *n.* 53. *&* 59. Clar.
lib. 5. §. *fin. q.* 36. Queſad. *diuerſ. quæſt. cap.* 29. *numero* 4.
Soar. *recept. ſentent. litera C. num.* 114. Marcel. Cala
in tract. de modo articulandi, & probandi, §. 1. *gloſſ.* 1.
n. 45 Decian. *tract. crimin. p.* 1 *lib.* 4. *cap* 9. *n.* 17. Sigiſm.
Scacc. *de iudic. p.* 1. *c.* 11. *n.* 93. Ioſeph. Ludou. *concl.* 38.
num. 24.